



Antiqvae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monvmenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illvstrandam,
Nvnqvam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

De Guernerio Ameone, qui ostium Ecclesiæ B. Qvirini securi percussit. Ode
Dicolos Distrophos. Metrvm primo versu Iambicum Archilochium,
admittens quandoq[ue] Anapæstum; altero Elegiacum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

Solers & economus reperta rure
 Pocula detulit vobis dans
 Andreae celebri die fidelis
 Obsequio tribuenda fratrum;
 Disseñere viri studendo bellis;
 Mutua cades & bique feruet;
 Discurrendo serunt metuntq; mortes;
 Turma latrocinijs cibatur.
 Omni nempe die tulere, quicquid
 Cenobio fuit apparatum,
 Et potus rapuere partem
 Primitus es ut equo remissa
 Iam solemnis Apostolo fuit lux,
 Ac propè tertia lucis hora;
 Elata cruce Martyris sepulchrum
 Circuiere precando fratres,
 Predonum violentias repellit
 Rite patrocinij Q V R I N T;
 Hinc & mysterium canendo Missa,
 Causa Deo precibus refertur,
 Exin nocte sequente vindicatur
 Continuata rapina fratrum.
 Qui vinum tulerant, ab hoste capti
 Luminibus foliantur oculo.

De Guernerio Ameone, qui ostium Ecclesiae B. QVRINIS securi percussit.

ODE DICOLOS DISTROPHOS. METRVM
 primo versu lambicum Archilochium, admittens quan-
 doq; Anapæstum; altero Elegiacum.
PROCAX agebat hostem inseguens
 Martyris ille piam fugit in Ecclesiam.

R. 2.

Qui

Qui turre contutatus interim later,
 Donec dura dies transie & hæc rabies.
 Sed insecurus dum non inuenit viros,
 Hos crebro quarit, claustra secure ferit.
 Vacuus redit tamen prorsus nihil ferens.
 Vindex ira Dei fit comes acris ei:
 Nam mente captus dum redire coepit,
 Sacrilegum rapuit mox furor, ut meruit.
 Domum relatus in fortunis cedit,
 Corporis & rerum damna premunt miserum.
 Pœnæ reum viuum consumunt debitæ,
 Quem sepelire parat plurima pestis arat.
 Tandemq; notior vindicta criminis
 Cum latè patuit, mors grauis hunc rapuit,

Dearreptitio, qui dum trahitur ad templū, se proripiens
effugit in montem, ibi⁹ curatus est.

ODE DICOLOS DISTROPHOS. METRVM
uno verso Asclepiadæum, altero lambicum
dimestrum.

CAPTUS demonio cum trahitur ferus
 Ad Martyrem pro gratia,
 Extorsit manibus se retinentium
 Cursuq; sylvas appetit:
 Montis nempè subit cel/a cacumina,
 Quem nominant Albarium.
 Illic cura gregum detinuit viros
 Tunc plurimos in alpibus:
 His Energumenus forte cohæserat
 E saltibus pulsus fame;
 Pastores casulis se refouent foco.
 Demens eis hic astitit.

Quilibet